

## Mittelalterliche Graberöffnungen in der Abteikirche zu Seligenstadt.

Von Paulus Volk OSB, Maria Laach.

Im vergangenen Jahre wurde die Ostpartie der Einhardsbasilika zu Seligenstadt am Main einer gründlichen Erneuerung unterzogen. Im Verlauf der Arbeiten wurde im Innern der Apsis die fast vergessene ursprüngliche Krypta des 9. Jahrhunderts mit der Grabkammer der beiden römischen Märtyrer Marcellinus und Petrus freigelegt. Ihre Reliquien hatte sich Einhard aus Rom 827 verschafft und nach seiner Stiftung bringen lassen. Den Translationsbericht hat er selbst verfaßt. Die Krypta-Anlage zu Seligenstadt entspricht fast vollkommen den römischen Ringkrypten des 9. Jahrhunderts (Santa Prassede). Noch sind in Seligenstadt die beiden Seitentrepfen erhalten, die in den innerhalb der halbrunden Apsis hinlaufenden einst tonnenüberwölbten Gang hinabführten. Hinter der Märtyrerkammer auf der Achse nach dem Schiff hin (nach Westen) lag eine zweite Kammer, die als Totengruft des Stifters Einhard und seiner Gattin Imma erkannt wurde. Bis zur Verschüttung der Krypta-Anlage um 1250 stiegen über 400 Jahre die Gläubigen jene Stufen hinab, die heute teilweise wiedergefunden sind. Wenn O. Müller<sup>1</sup>, der Ausgrabungsleiter, sagt, daß dann diese heilige Stätte im Boden versank und für 600 Jahre vergessen wurde, so übersieht er, daß man bereits 1698 auf die Grabkammer des Stifters stieß, als Abt Franz Blöchingen einen neuen Fußboden legen ließ (siehe weiter unten). Bei Gelegenheit der neuesten Grabungen des Jahres 1938 erinnerte man sich der Reliquienfunde des Mittelalters. In den *Acta Sanctorum* (Juni, Bd. I, 176—177) ist eine *Inspectio Reliquiarum Seligenstadii facta anno 1607* veröffentlicht, die den damaligen Prior P. Joannes Conrad Baur<sup>2</sup> von Seligenstadt zum Verfasser hat.

<sup>1</sup> Müller O., Die Einhardsbasilika zu Seligenstadt a. M. und ihre Instandsetzung (Vorbericht) (Deutsche Kunst und Denkmalpflege 1936, 254—259).

<sup>2</sup> Joannes Conrad Baur, Prior, Cellerar, Beichtvater im Frauenkloster Schmerlenbach, Pfarrer in verschiedenen Klosterpfarreien, Jubilar und Senior, gest. 18. Mai 1663. Alle folgenden biographischen Notizen entstammen dem Seligenstädter Profeßbuch.

Eine bisher übersehene glückliche Ergänzung bietet das sogenannte Profeßbuch der Abtei, das heute im Pfarrarchiv zu Seligenstadt aufbewahrt wird. *Liber continens omnes professos vivos ac mortuos huius loci ab anno 1712. Inchoatus et conscriptus per fr. Hubertum Kayser*<sup>3</sup> ist der Titel jenes Buches, das wohl in seinem Grundstock ein Profeßbuch ist, aber neben alten und neuen Nachrichten über die Abteigeschichte auch eine Series parochorum der Pfarreien gibt, die der Abtei inkorporiert waren. Das Profeßbuch, dem einige Blattlagen älterer Handschriften an verschiedenen Stellen beigegeben sind, hat dadurch stark den Charakter eines Memorabilienbuches erhalten, wodurch sein Wert ungemein gewinnt. Die genaueren Nachrichten gehen fast noch ein Jahrhundert zurück, sind von verschiedenen Händen geschrieben und aus verschiedenen Quellen geschöpft. Eine erste Hand schrieb die *Inspectio reliquiarum* aus, der P. Hubert Kayser einige Ergänzungen aus der Tradition und alten Quellen anfügte. Weil diese Notizen das ausführliche Bild, das Prior Baur von den Ereignissen des Jahres 1607 gezeichnet hat, abrunden, seien sie hier wiedergegeben. Zuvor muß Herrn Philipp Lambert, Pfarrer und Dechant von Seligenstadt, herzlich Dank gesagt werden, daß er in lebenswürdiger Weise das Profeßbuch nach Maria Laach sandte, wo es in Muße eingesehen werden konnte.

Anno Domini MDCVII, indictione quinta, III. kalendas Februarias, Pontificatus Ss. D. N. D. Pauli divina providentia Papae V. anno secundo, Romanorum Imperatore Rudolpho secundo, Reverendissimus atque Illustrissimus Dominus D. Joannes Suicardus<sup>4</sup> Archiepiscopus Moguntinus Princeps Elector praemisso unius diei ieiunio per religiosos coenobii Seeligenstadiani et precibus quadraginta horarum atque in termino dictarum precum psalmis poenitentialibus et sanctorum lytaniis praeuntibus ipso Reverendissimo et Illustrissimo Principe, ac Domino Suffraganeo Moguntino<sup>5</sup>, respondente vero choro et caeteris assistentibus curavit ex summo altari in memorato coenobio D. Benedicti Seeligenstadiano exponi thecam reliquiarum<sup>6</sup> et decantato per musicos cantico *Te Deum laudamus*, eandem Sua Illustrissima Celsitudo reseravit inventaeque sunt sacrae Sanctorum reliquiae pulvinus

<sup>3</sup> Hubert Kayser aus Amorbach, geb. 20. Febr. 1694, eingetr. 2. Juni 1712, Profeß 11. Juni 1713, Priester 20. Febr. 1717, Cantor, Custos, Culinaris, Prior, gest. 8. März 1773.

<sup>4</sup> Joannes Schweikhard v. Kronberg, 1604—1626.

<sup>5</sup> Stephanus Weber, Misiensis Episcopus, Suffraganeus et in Pontificalibus Vicarius Moguntinus.

<sup>6</sup> Profeßbuch, p. 214: Quemadmodum Illustrissimus Princeps J. Suicardus Archiepiscopus finitis diei primae precibus accessit ad tumbam sacram eam nonnihil aperturus et scrutaturus (metuebat enim ne forte per dolum reliquiae aliquando fuissent sublatae, signanter, quod nulla extaret hominum memoria de scrutatis iisdem sacris reliquiis sicque actum ageret), sed vix introspevit, quin subito percussus divino quodam timore et supernaturalem quandam virtutem in iis, quae viderat persentiens. Statim reclusit et scrutationem lustrationemque accuratam in diem Purificationis Virginis Mariae detulit.

sive saccus niger in ora seu extremitate segmentatus rubeo serico passamento cum schedula membranea hac inscriptione: Hae sunt reliquiae in rufo scrinio inventae. Sericus albus sub nigris floribus intextus, cui affixae duae schedae inscriptae, una: Corpora SS. Marcellini et Petri; secunda scheda: Reliquiae et cineres et vestes in inferiori sarcophago. Subrubeus saccus cum scheda [p. 204]: Hae sunt reliquiae in sarcophago inventae. Albus sericus inscriptus: Cineres. Pulvinus sive saccus inscriptus: Hae sunt reliquiae in sarcophago inventae. Alius albus cum scheda: Hae sunt reliquiae in rufo scrinio inventae. Sericus saccus reliquiarum sine scheda et inscriptione. Alius inscriptus: Hae sunt reliquiae in superiori capsula inventae. Rubeus pulvinus sive saccus viridi colore crucibus intextus cum hac inscriptione: Hae sunt reliquiae SS. Nicolai, Prothi et Hyacinthi<sup>7</sup>, de ligno Domini, de veste S. Mariae, de sudario Domini, Stephani Protomartyris et S. Jacobi, S. Bartholomaei, Mariae Magdalenae, Margarethae, Rochi, Cosmae et Damiani, Christophori, Cyriaci et Sociorum MM., Sabinae Virginis, Christinae, de sepulchro Domini, Marii, Martini Episcopi, Gregorii Papae, Nicolai, de ossibus S. Walburgis, de manu S. Agnetis Virginis. Sericus albus sub nigris et viridibus rosis permixtus cum inscriptione: Reliquiae in superiori capsula inventae, albi et crocei coloris. Saccus similiter inscriptus: Hae sunt reliquiae in superiori capsula inventae. Occasio autem aperiendae capsulae et thecae fuit, ut certo cognosceretur, quorum Sanctorum in ea continerentur reliquiae. Tertio die Februarii SS. [p. 205] Martyrum theca consignata sigillo Reverendissimi atque Illustrissimi Archipraesulis praemisso responsorio de SS. Martyribus Marcellino et Petro in eadem ecclesia consueto: *Pracelsi Martyres*, cum accensis cereis in priorem locum super summo altari reportata et restituta fuit, recondito inprimis et recluso cum caeteris memoratis reliquiis capite S. Marcellini Martyris.

Apertus deinde etiam fuit sarcophagus, qui extat in medio chori et in eo reperta sunt ossa duorum hominum et dalmatica nigra, cui erant involuta. Caput nullum integrum inventum est, sed tantum pars cranii duplex et schedula cum hac inscriptione: Ossa Dominae Gislae pia memoriae.

(Die erste Hand setzt P. Hubert Kayser fort:)

Hunc sarcophagum renovata ecclesia Reverendissimus D. Petrus IV.<sup>8</sup> anno 1721 aperiri iussit per Joannem Weissenbach<sup>9</sup> caementarium in praesentia RR. PP. Leopoldi Battoni<sup>10</sup> cellerarii et Edmundi Weingärtner<sup>11</sup> custodis et invenit in tribus distinctis nigri coloris sericis saccis ossa Eginhardi, Immae et Gislae. Anno vero 1698 D. Franciscus Blöchinger<sup>12</sup> antiqum et vile pavimentum chori [p. 206] volens destruere et ponere novum,

<sup>7</sup> Vgl. *Act. SS. Junii* t. I p. 174 E.

<sup>8</sup> Petrus Schultheis aus Mainz, geb. 1676, eingetr. 1694, Profeß 1696, Priester 1701, Cantor, Custos, Pfarrer, Abt 6. Nov. 1715, gest. 11. März 1730.

<sup>9</sup> Joannes Weissenbach aus Tirol, heiratete in erster Ehe Maria Cuni-gundis Galle am 23. Nov. 1676, in zweiter Ehe Anna Christina Lang am 24. Jan. 1701, er ist gest. 26. Dez. 1723. Seibert L., Sippenbuch der Stadt und Zent Seligenstadt, Seligenstadt 1934, 262.

<sup>10</sup> Leopold Battoni aus Aschaffenburg, geb. 12. Mai 1686, eingetr. 4. Okt. 1708, Profeß 4. Okt. 1709, Priester 4. Okt. 1713, Cellerar, Pfarrer in verschiedenen Klosterpfarreien, gest. 27. Sept. 1738.

<sup>11</sup> Edmund Weingärtner aus Mainz, geb. 3. März 1696, eingetr. 11. Nov. 1716, Profeß 30. Nov. 1717, Priester 2. Juni 1720, Custos, Altarista, gest. 5. April 1768.

<sup>12</sup> Franciscus Blöchinger aus Miltenberg, geb. 28. Juni 1658, eingetr. 1677, Profeß 1678, Priester 1682, Doktor der Theologie und Professor, Prior, Pfarrer in verschiedenen Klosterpfarreien, Abt 16. Jan. 1696, Comes palatinus, Kaiserlicher Rat, gest. 17. Sept. 1715.

in terram altius fodere iussit, ubi invenit dealbatum et bene formatum lapidibus constructum sepulchrum, quod forte DD. Fundatorum sepulchrum erat, ex quo praedecessores nostri ossa inibi deposita elevarunt et in memorato sarcophago reposuere. Ossa autem inventa sunt, ut in sequenti videt benignus lector.

In primo sacco ossa Eginhardi. Duo ossa femoris, duo ossa tibiae, duo ossa humeri, duo ossa surae die Wadenbein, unum os ulnae das kleine Bein nächst anfang des Arms. Maxilla inferior cum undecim dentibus, duo ossa ischion, os sacrum infra vertebrae, duae dorsi vertebrae, una vertebra dorsi, una vertebra colli, frusta duo ossis ileon nächst bey dem ischio, os anterioris pollicis, quatuor frusta cranii.

Ossa Immae. Duo ossa femoris, duo ossa tibiae, unum [p. 207] os humeri vom Ehlenbogen bis an die Schuldern, duo ossa radii die starcke Röhr von dem Ehlenbogen bis an die Hand. Frustum cranii occipitii cum satura, octodecim frusta costarum, duo frusta ossa ischion, duae vertebrae dorsi, quatuor minora frusta ossis ischion, tria ossa manus, frustum maxillae inferioris cum tribus dentibus et variae magnitudinis ac variorum ossium frusta 53.

Ossa Gislac. Maxilla superior cum undecim dentibus et separatim octo dentes, unum os claviculae, quatuor vertebrae dorsi, quinque frusta vertebrae lumbarum, quatuor vertebrae colli. Octo costae fere integrae, viginti septem frustae maiora et minora costarum, duo ossa tibiae minora duobus prioribus corporibus, frustum ossis claviculae infra collum in superiore parte pectoris, frustum ossis tibiae, duo frusta ossis ischion wo die groß Röhr in die Pfann [p. 208] gehet. Viginti ossa octo manuum et pedum, septem ossa tarsi et metatarsi runde Bein zwischen der Hand und Anfang der Röhr gegen dem Ehlenbogen. 65 frusta ossium cum aliquot minimis frustis variarum partium et variae magnitudinis.

Haec memorata ossa omnia 1722 die undecima Maii celebrato sacro solemniter de Requiem fuerunt inclusa cum nominibus omnium praesentium monachorum in pergamento scriptis a me f. Huberto Kayser professo diabub affabre elaboratis ligneis arcibus, involuta tribus novis sericis nigris saccis et in novam marmoream tumbam per P. Edmundum superpelliceo indutum reposita, ubi usque dum angelus Domini tuba vocet ad iudicem supremum in pace requiescunt.

Eginhardus huius monasterii fundator nullibi Abbatem egit nisi in hoc monasterio, ubi obiit 855 vel 856 die 11. Martii. Imma e vita decessit 836, quam Eginhardus ut sororem per complures annos habuit, quod patet [p. 209] ex verbis, quae scripsit ad Lupum Ferrariensem Abbatem: Omnia mihi studia omnesque curas tam ad meas quam amicorum causas pertinentes exemi et excussit dolor, quem ex morte olim fidelissimae coniugis iam nunc charissimae sororis ac sociae gravissimum coepi<sup>13</sup>.

Supra memoratus Illustrissimus Archiantistes J. Suicardus huc se contulit 1606 5. Octobris et mansit hic usque ad 7. Maii anni sequentis 1607. Sedulo divinis assistebat officiis, ita ut dies nunquam praeterierit, qua non vel ipse sacrificium in altari incruentum Deo offerret vel offerenti assisteret ac festis dominicisque diebus superpelliceo seu rochetto indutus crucem pectoralem gestans summo sacro et vespere devotissime interesset. Certis etiam temporibus se dabat lectioni atque doctorum virorum colloquiis delectabatur, inter quae intercidit historica relatio de gloriosis SS. MM. patronorum nostrorum Marcellini et Petri reliquiis eorundemque miraculo. Hinc incitatus animi ad veritatis inquisitionem, itaque Illustrissimus Archiepiscopus ad submovendam omnis dubitationis ansam thecam illam sacram solemniter lustrare et elevare decrevit ut supra habetur.

Huius solemniter lustrationis sacrarum reliquiarum et apertionis sarcophagi in choro, ubi inventa sunt duorum hominum ossa et schedula, quae referebat: Ossa D. Gislac pie memoriae.

<sup>13</sup> Migne, PL. 119, 437, Epistola III.

Testis est Dominus Christophorus V. Weberus SS. Theol. doctor et Commissarius Aschaffenburgensis.

[p. 211] SS. Reliquiae, quas Eginhardus Roma huc detulit, propter conflagrationem ecclesiae 1200 in cistis et saccis fuerunt in terram defossae, quas antecessores nostri levantes in summo altari in tumba incluserunt, quae studio ob invasionem Suecorum sub Abbate Leonardo Colchon<sup>14</sup> sub turri organica 1631 fuerunt in terra depositae, ubi per quinque annos absconditae iacebant. Denique 1637 1. Januarii D. Abbas easdem levavit in praesentia P. Leonardi Walz<sup>15</sup> Supprioris, P. Joannis Lemmelii<sup>16</sup>, D. Theodori Colchon<sup>17</sup> Canonici ad gradus Moguntiae, P. Marcellini Haiderich<sup>18</sup>, P. Augustini Denten<sup>19</sup> et P. Joachimi Wolber<sup>20</sup>. Ob novum tumultum belli post devastationem lacrymabilem monasterii SS. Reliquiae in templo dispersae fuere, quas ex sordibus, quantum potuerunt, fratres collegerunt atque in tumba lignea deaurata posuit D. Abbas 1646 22. Augusti. Quam tumbam a latere evangelii iuxta fenestram posuit, quam ibidem positam inveni. Cum autem D. Petrus IV. Abbas ecclesiam renovavit, 1721 amota fuit<sup>21</sup> et ad domum capitularem deposita iuxta altare. Si D. Abbas hanc translationem scivisset, utique ad priorem locum in ecclesia dictam tumbam posuisset. Haec f. Hubertus pro memoria notare voluit.

Eine andere Reliquienerhebung berichtet das Profeßbuch auf Seite 149—160. Es ist die Arbeit des nachmaligen Abtes Leonard Colchon<sup>22</sup> von Seligenstadt, die bisher als verschollen galt und die P. Johannes Weinckens in seinem: Eginhartus illustratus et vindicatus, Francofurti 1714, stark benützte. Steiner<sup>23</sup> zählt unter den Werken des Abtes Colchon auf: Nachricht, was bei der Erhebung der Reliquien sich in Seligenstadt zuge-

<sup>14</sup> Vgl. unten Anm. 22.

<sup>15</sup> Leonhard Waltz aus Oberburgen, Prior, Pfarrer, Abt 5. Dez. 1653, gest. 16. Mai 1666.

<sup>16</sup> Joannes Lemmel aus Mainz, Cellerar, Pfarrer, Beichtvater im Frauenkloster Schmerlenbach, gest. 13. Febr. 1669.

<sup>17</sup> Theodor Colchon, Bruder des Abtes Leonard Colchon, Kanonikus an B.M.V. ad Gradus in Mainz, gest. 26. April 1655.

<sup>18</sup> Marcellinus Heiderich aus Mainz, Pfarrer in verschiedenen Klosterpfarreien, Ökonom, gest. 23. Okt. 1648.

<sup>19</sup> Im Profeßbuch ist nur sein Name verzeichnet.

<sup>20</sup> Joachim Wolber aus Mainz, Prior, Pfarrer, gest. 9. Juni 1667.

<sup>21</sup> Profeßbuch p. 214: . . . Sic etiam contigit Rmo. D. Petro IV. Abbatu, quia ipse metuebat in sarcophago nulla esse ossa fundatorum, hinc ipse se portare fecit sub mensa conventuali secum sumens duos PP. Leopoldum Battoni et Edmundum Weingärtner. Mandavit caementario Joanni Weissenbach, ut aliquo modo aperiret sarcophagum et quando Rmus. poterat introspicere et inclusa videret tres saccos plenos ossibus, advocat ipsum Joannem Weissenbach in adiutorium, ut una cum duobus dictis patribus superiorem lapideam tabulam removeret et sic duo patres ad abbatialem habitationem D. Abbatis Petri ossa cum tribus saccis, quae signata erant: Ossa Eginhardi, Ossa Immae, Ossa Gislac, detulerunt, ubi servabantur a die 12. Augusti 1721 usque ad diem 11. Maii 1722, qua die inclusa fuerunt in nova marmorea tumba, quam D. Petrus fieri curavit. Quorum omnium vivus et fidelis testis f. Hubertus professus, sicut testis voluit esse in causa Illustrissimi Principis ob lustrationem s. reliquiarum Christophorus V. Weberus Commissarius Aschaffenburgensis.

<sup>22</sup> Leonard Colchon aus Lüttich, geb. 1593, Profeß von St. Trond 1611, Priester 1616, Subregens des Bursfelder Seminars in Köln 1616, Lektor und Prior in Seligenstadt 1622, Abt 25. Nov. 1625, Präsident der Bursfelder Kongregation 11. Mai 1642, gest. 29. Nov. 1653.

<sup>23</sup> Steiner J. W. C., Geschichte und Beschreibung der Stadt und der ehemaligen Abtei Seligenstadt. Aschaffenburg 1820, 269.

tragen habe. Mehr war nicht bekannt; das Profießbuch bringt den genauen Wortlaut. Der Text ist nicht von Abt Colchon selbst geschrieben, was immerhin möglich gewesen wäre, da das Profießbuch aus älteren Teilen zusammengebunden ist, wie eingangs erwähnt wurde. Die Handschrift Colchons ist aus den zahlreichen Briefen bekannt, die von ihm noch erhalten sind<sup>23a</sup>. Der Reliquien-Fundbericht ist volkscundlich und kulturgeschichtlich sehr aufschlußreich, weshalb er im Wortlaut geboten wird.

Memoriale eorum quae in renovatione SS. Reliquiarum contigerunt in monasterio Seligenstadiano conscriptum a Pl. R. D. Leonardo Colchon Leodiensi, ad S. Trudonem in Hasbania professo et in Seeligenstatt Priore ac Lectore (am Rand von anderer Hand: postea Abbate) anno 1624 et 1625.

Quamvis tanta erga humanum genus divinae bonitatis sint beneficia, ut pro eis nedum condigne grati esse, sed nec ea sufficienter depredicare valeamus, nequaquam tamen, dum humana infirmitas in explicandis operibus misericordiae eius imparem se semper invenit, silendum reor, verum quando speciali aliquo dotatur beneficio fortiter pro virili audendum, quoniam opera Dei revelare et confiteri honorificum est, quo nimirum mortalium animi, maiori mentis devotione incensi in laudem creatoris sui fortius erigantur et laetius assurgant. Erit hoc quod Memorialis loco scriptis mandare nitor stimulus ad collaudandam divinae Maiestatis potentiam, quae mirabilis est in sanctis suis, dum per eorum sacra lipsana his nostris temporibus virtutes haud exiguas operari dignata est. Vere enim sicut sanctificationis unguentum testante regio vate in capite positum descendit in barbam et defluit usque ad oram vestimenti eius, ita cum Spiritus Sanctus suis charismatibus perfundit animam, non tantum ea virtute apparet sanctificari, sed redundantia et excrementia superfluentis mensurae et exuberantis gratiae quaecunq; illi inhaerent divina virtute perfundi, sic olim sudaria et semicinctia S. Pauli Apostoli a corpore eius delata languores curabant et pravos daemones abigebant. Non solum autem per attactum sudariorum et vestimentorum huius sacri gentium Doctoris languores et infirmitates pellebantur, sed et mortui ad vitam revocabantur, ut refert S. Joannes Chrisostomus. Quod equidem mirum videri non debet, cum scribat S. Gregorius caligula S. Honorati de-[p. 150] functum puerum vita donatum. Nec vero minoris virtutis sunt modo apud Deum sancti, quorum reliquias veneramus in terris, quam fuere, dum vel hac luce fruenterur vel ea sublata, immediate praemio beatitudinis aeternae donarentur, sed manent maiori in nos charitate affecti, quod eo magis uniti, ut facile ad eorum sacras exuvias eandem valeamus haurire gratiam, si cum fiducia accesserimus devoti, quam olim fideles ex illis sunt fide praevia consecuti. Declarat hoc ipsum aperte mellifluus doctor Bernardus, sancti inquiring securi quidem sibi, sed nostri solliciti. Non enim cum putredine carnis simul se exuerunt visceribus pietatis nec sibi sic induerunt stolam gloriae, ut nostrae pariter miseriae suaeque ipsorum misericordiae oblivionem induerent. Non est terra oblivionis, quam animae sanctorum inhabitant, non denique terra laboris ut occupentur in ea, non denique terra, sed coelum est. Nunquid coelestis habitatio animas, quas admittit, indurat aut memoria privat aut spoliat pietate? Fratres, latitudo coeli dilatat corda, non arctat; exhilarat mentes, non alienat, affectiones non contrahit, sed extendit, in lumine Dei serenatur memoria, non obscuratur, in lumine Dei discitur, quod nescitur, non quod scitur, dediscitur. Superni spiritus illi, qui ab initio coelos inhabitant, nunquid quia incolunt coelos, despiciunt terras et non eas visitant et frequentant? Nunquid quod semper vident faciem patris, ministerium evacuat pietatis? Omnes nihilominus administratorii Spiritus sunt

<sup>23a</sup> Volk P., Abt Leonard Colchon von Seligenstadt (1625—1653) und sein Briefwechsel. (Historisches Jahrbuch der Görres-Gesellschaft 57 [1937], 366—384.)

missi in ministerium propter eos, qui haereditatem capiunt salutis. Quid ergo? Discurrunt angeli et succurrunt hominibus et qui ex nobis sunt, nesciunt nos nec norunt iam compati, in quibus passi sunt et ipsi? Qui dolores nesciunt, sentiunt tamen nostros, qui venerunt de magna tribulatione, non recognoscunt iam, in quo fuerunt? Haec pietas pulsatur in cordibus eorum, ut nostri misereantur [p. 151] et supplices pro nobis facti dominum universorum exorent. Quod ex sequentibus manifestum evadet.

A partu virgineo supra millesimum sexcentiesimum vigesimus quartus agebatur annus, cum in monasterio SS. Martyrum Marcellini et Petri in Seeligenstadt, quo me tunc degere continebat, adm. R. D. Joannes Jacobus Waltz<sup>24</sup> eiusdem loci Coadiutor et Administrator, diligens decorem domus Dei et locum habitationis eius sanctorumque venerationem promovere intendens, ubi prius summi altaris tabulam musivo opere affabre elaboratum non sine magno sumptu multo et eleganti pictura exornasset ac sublato ex muro dextri lateris chori superioris tabernaculo sive reposito Venerabilis Sacramenti lapideo, quod haud infrequenter ex humiditatis contractione sacris hostiis nonnullam causabat irreverentiam seque Romanae Ecclesiae aliarum omnium matri conformans egregium in summa deauratum ara collocasset. Similiter divinum officium iuxta reformationem breviarum monastici auctoritate Pauli V. Pontificis Maximi recogniti<sup>25</sup> comparatis ad hoc magno aere choralibus libris et missalibus romanis introduxisset, nec non organo minori ligneo opere fabricato pro quotidiano usu notabilium conventuum sublevamine condecorasset, regiminis sui anno quarto animum apposuit, deinceps ad sacras sanctorum reliquias exquirendas et exornandas, quas probe noverat in locis abditis et obscuris in cistis et saccis cum parva decentia delitescere, quo si sors tulisset aliquorum nomina, quae longitudine temporis carie propemodum exesa supererant invenire, suum utique lumen cum honore restitueret. Singula igitur discussa, perlustrata omnia, inventae in magna copia reliquiae, quae circiter annum millesimum ducentesimum in conflagratione ecclesiae ac turrium adustiones vestigia retinebant, nullius prorsus specificationis notae illustratae praeter aliquot, quarum inter notabilis pars humeri S. Sebastiani, in qua os brachii superioris volvitur, non nihil quidem vetustate [p. 152] collapsa, ast integra nomen suum antiquis characteribus manifestans quamvis inter ignotas, nescio cuius incuria reiecta, diu sepulta iacuerit. Eam autem veritati subnixam, praeterquam quod non desint testimonia, quae abunde demonstrant Eginhardum fundatorem nostrum ab Hilduino Abbate S. Dionisii sibi summa familiaritate coniuncto, cuius opera corpus S. Sebastiani ab urbe Roma in Gallias translatum et apud Augustam Suessionum in ecclesia S. Medardi Confessoris venerabiliter conditum obtinuisse, utpote qui et vicissim eidem donavit partem corporum SS. Marcellini et Petri Martyrum, quae et ipse Roma acceperat. Deus, cuius providentia cuncta reguntur, non ignoto rite signo singula consideranti manifestum fecit. Cum per vicina loca lues pestilentialis grassaretur et cuncta depasceret in tantum, ut locorum vicinorum incolae ab oppido nostro Seeligenstadiensis ob contagionis periculum arcerentur et adhibita diligenti custodia nequam permitteretur aliquis ex locis infectis introire, non potuit tamen industria humana sic praevallere, quin astu aliquo introierint nonnulli, qui malum ipsum oppidanis communicarint, iam domus aliquot infectae erant, sibi metuebant omnes et luem istam, si quomodo possent, a se avertere cupiebant. Quia vero humana media ut plurimum non multum isti morbo medentur, restabat, ut ad commune Dei divorumque asylum recurrerent, ni malum impendens expectare

<sup>24</sup> Joannes Jacobus Waltz aus Obernburg, Koadiutor des Abtes Martin Kraiss 1621, gest. 25. Okt. 1625.

<sup>25</sup> Volk P., Zur Geschichte des Bursfelder Breviers, Das St. Galler Brevier von 1612 und das Brevier Pauls V. von 1613. (Studien u. Mitteil. 46 [1928], 175 ff.)

mallent. Adlaborabat impigre in eum finem R. D. Nicolaus Otto Eixfeldianus<sup>26</sup> parochianae ecclesiae Seeligenstadiensis tunc praefectus ecclesiastes non vulgaris, qui omni sollicitudine ac cura suos exhortabatur ad preces assiduas sacra exomolegesi, communicatione sacrosanctae Eucharistiae divini numinis iram placandam. Bonum pastorem bene noverant, ut par erat, pius sequabatur populus nec tamen malum cessabat, quia divina bonitas gloriosum Martyrem suum S. Sebastianum ut olim ita modo honorare disposuerat. Itaque rebus sic stantibus, ad quorum notitiam pervenit inventam a R. D. Coadiutore partem notabilem reliquiarum [p. 153] praetacti Martyris S. Sebastiani, quae iam diu abscondita delituisset, placuit omnibus, qui audiebant verbum et accensa mens eorum, ut generoso Martyri cultus debitus multo tempore neglectus tribueretur. Ideoque a multis pro uniuscuiusque devotione oblatae pecuniae ad sacras reliquias exornandas sperantes se patrocinio illius protegendos; serpente nihilominus epidemiae malo rogatum a primoribus civitatis, ut publica processio et preces instituerentur pro avertenda plaga. Et quia iustissimum erat, quod petebatur, datus est consensus praemissa tamen exhortatione solemniter per parochum, ut omnes auxilium sanctorum, quorum reliquiae circumferrentur, implorarent maxime S. Sebastiani, qui contra gliscentem morbum epidemiae singularis patronus esse dignosceretur. Processum deinde magna cum devotione ac reverentia manusque Domini facta est super populum suum ad sanandum eum. Ex illa enim die cessavit lues et longo tempore nullus ulterius contagione affectus nisi quidam, qui post 7 vel 8 septimanarum decursum manifesto se dedere periculo, ut agnoscerent caeteri post beneficium praestitum meritas eas dedisse poenas, dum loca vicina infecta forsitan contra suorum maiorum praecepta non cavent et sibi ipsis malum accersunt. Non tamen longius serpsit infectio. Quidni igitur patrocinio praecelsi Martyris S. Sebastiani civitatem hanc protectam gratiose agnoscamus, cuius auxilium, qui aderant, ardentibus votis continuo imploraverant. Nemo credo inficias ierit, qui eius apud Deum praecelara merita in curandis dicta infirmitate detentis alias intellexerit. Curavit postea sodalitas S. Sebastiani sumptibus propriis statuum eius musivo opere ineleganter elaboratum in ara eius collocari, ut posteriori eius patrocinio protegi digna inveniretur [p. 154].

Interim R. D. Coadiutor in semel incepto pergens opere pio sacra expurgabat lipsana disposito ea collocans ordine advocatoque acupictore auro, serico gemmisque scite ornari praecipiebat, utque honorifice includerentur capsulas elegantes fabriliter arte aptabat, quas et coloribus auroque pari elegantia condecorabat. Cum ecce mulier quaedam Catharina nomine, pictoris Seeligenstadiensis uxor, cuius filius immodice caduco morbo afflictabatur, ut matrum erga filios est affectus, multum anxia undique praestolabatur consilium, quae vitabat auxilium, aderat quadam vice bono omine parochialis ecclesiae Seeligenstadianae sacellanus D. Andreas Schleyelius, ingressit ille mulieri memoriam S. Valentini Martyris, qui uti referebat in Diaecesi Herbipolensi ad sui nominis invocationem et contactu reliquiarum continuo morbo isti mederetur suadens patrocinium illius implorare. Gratulatur sibi mulier pro invento remedio, agit gratias pro suggesto consilio et ut devotus solet esse faemineus sexus, morae impatiens illico ad monasterium mittit, sacras S. Valentini reliquias inquirens, inventas sibi obnixè communicari postulat, applicatura eas dilecto filio suo caduco morbo laboranti. Pia illius petitioni annuit libenter R. D. Coadiutor et involutas serico albo S. Valentini reliquias una cum nonnullis aliorum sanctorum sigillo suo munivit, tum ne circa eas irreverentia aliqua committeretur, tum ne fraude pars aliqua tolleretur, sicque transmisit monens, ut prius factum in honorem S. Valentini voto puero superimponerent. Dictum factum ac die altera in sacra parochiali aede super altare in honorem

<sup>26</sup> D. Nicolaus Otto vom Eichsfeld, Säkularpfarrer von Seligenstadt 3. Sept. 1620, gest. 8. Mai 1633.

illius constructum missae oblatum est sacrificium et ex illa hora deinceps infirmitas non apprehendit puerum, sed sanus et incolumis permansit. Quod audientes plurimum laetati sumus et mens magis erecta ad ampliore honorem sacris exuviis exhibendum [p. 155].

Cum vero solito diligentius in discernendis notis ab incognitis incumbere-mus, venit ad manus R. D. Coadiutoris particula reliquiarum uti ominabar ego ex semicorruptis characteribus S. Damiani Martyris, sed quia illi antiquitati et magna ex parte vetustate consumpti perfectam nominis lectionem haud admittent, nolebant ipse caeteris certis adiungere. Quod ut adverti petii statim particulae istius donationem, quam libenter annuit ex eo, quod eiusdem Sancti plures alias notabiles partes haberet. Accipiens itaque cum gratiarum actione statui mecum ob iniectam dubitationem, num vere S. Damiani forent, si se praesentaret occasio experiri, quae sane non diu dilata, sed prae oculis illico obiecta. Decubuerat enim multo tempore puer R. D. Coadiutoris ex tertiana febre, qua adhuc laborabat, cui contra vim morbi parum proderant suscepta medicamenta et etiam antea quorundam sanctorum reliquiae per quendam sacerdotem Societatis Jesu applicatae, quoniam curatio ista meritis S. Damiani reservata videbatur. Puerum ergo infirmum accedens hortatus sum brevibus, ut ferventer imploraret auxilium S. Damiani Martyris, cuius ego illi partem reliquiarum praesentarem nec dubitaret, quin eius intercessione, si verae eius reliquiae forent, pristinam sanitatem recuperaret. Appendi interim collo eius monens, ut pectori suo admooveret assiduisque precibus cum firma fiducia pulsaret aures sancti Martyris deprecando sospitatem. Mirum dictu eadem nocte, quae illi erat critica, emansit membrorum tremor ac eum amplius postmodum febris non attigit. Agebatur tunc ni fallor memoria SS. Cosmae et Damiani, quae revoluti anno solet feria quinta ante dominicam Laetare in quadragesima ritu romano observari, quando illi tradidi dictam partem [p. 156] reliquiarum, ut nemo merito ambigere possit, quin meritis Sancti per contactum reliquiarum suarum puer ille postliminio valetudinem bonam recuperavit.

Acuebatur exinde magis animus R. D. Coadiutoris ad ultiores alias Sanctorum exuvias comparandas sicubi locorum haberi potuissent multaque animo loca involvens, in quibus non eo, quo deberent, honore custodirentur, incidit inter caetera illi monasterium sanctimonialium Schmerlebacensium uno a castro Aschaffenburgensi lapide dissitum, huic Seeligenstadiensi monasterio subiectum, in quo plures non dubitabat latere reconditas reliquias, quas licet honeste conservari probe sciret, non tamen tanti fieri, quanti debuissent, facile advertebat. Spes concepta nequaquam fefellit, eo etenim profectus, non modicas inde retulit, quas, quia alibi indubie enumerabuntur, hic recensere supersedeo.

Inde autem reversus, ut vere psalmographus ait: dies diei eructat verbum et nox nocti indicat scientiam, dum quadam die sermocinaretur, uberius de subiecta materia cum acupictore, qui sacras exornabat reliquias, proiecit ille in medium scire se quendam civem Seeligenstadiensem, qui a proavis suis os alicuius Sancti per continuam traditionem acceptum custodiret. Nacti fuerant illi os istud in oppido Bobenhusum<sup>27</sup> Comitatus Hanoviensis, dum avitae maiorum fidei palam nuntio remisso, novam sectae Lutheranae fidem amplecteretur. Ad hanc narrationem erectus R. D. Coadiutor curiosius investigare coepit, num vere res ipsa, ut referebat, sese haberet, amor enim curiositati ansam praebat, quoniam defacto meditabatur, qualiter sibi illud vindicare posset. Ne vero mora periculum iniiceret, continuo cive ad se accessito de rei serie serio interrogat. Agnoscit ille et se per manus parentum suorum accepisse asserit, nullius fraudis se conscium esse confitetur. Jussus ad monasterium deferre, parat. At praeter exspectationem inventa est rubeo serico sacculo inclusa

<sup>27</sup> Bobenhausen bei Ortenberg in Oberhessen.

pars ossis exigua cum membrana hac [p. 157] inscriptione vetustis characteribus inscripta: De Sancto Leonardo. Ominabamur etenim antea os aliquod notabile fore. Ne tamen vel ea modica parte frustraremur, quia de dicto Sancto inter caeteras nostras reliquias prorsus nihil habebamus, ita suaviter cum eo transactum est, ut voluntarie nobis eam cesserit. Oblatio ipsa non modice placuit R. D. Coadiutori, sed mihi maxime, utpote qui summo desiderio tenerer accipiendi particulam exuviarum tanti patroni mei, cuius ego ex professione monastica nomen gererem, nec frustratus sum sane spe mea. Solicitari siquidem instanter rogavi, ursi oportune importune et tandem portionem aliquam impetravi, quam chartula pro tunc decenter inclusi decentius postea ornaturus. Quam gratum mihi acciderit donum istud, quisque ex affectu proprio metiatur, gratius tamen postea, imo gratissimum, cum mihi perfecte innotuit, quod modo relaturus sum. Ex febre tertiana languebat quidam confrater nostri conventus, Benedictus nomine, qui necdum a professione sua annum expleverat, devotus et modestus cuius infirmitati condolens, quod in dies magis viribus exhauriretur, coepi mecum ruminare virtutes et miracula, quae per merita beati Leonardi confessoris prope Leodium, nativitatis meae locum, divina bonitas operabatur, tacitusque solvebam. Quid si huic fratri infirmo, quam nactus es partem reliquiarum, commodares? Fors per merita confessoris sui, si verae sint illius reliquiae, liberabit eum Deus ab infirmitate, qua afflictus nimium detinetur. De earum namque veritate, fateor, nonnihil ambigebam, cum per multos annos inter saecularium manus delituisse mihi constaret, nec me etiam fugeret olim circumcelliones multos sacrorum pignorum loco mirae hominibus per speciem obrusisse. Sic ergo inter spem et metum positus, quae mihi mens dictaret, fratri aegrotanti aperui, utque per attactum et gestationem sacrarum reliquiarum sibi sanitatem restitui obnixè [p. 158] peteret suasi. Paruit ille libenter, et ecce ex illa hora reliquit eum febris, nec ulterius quicquam in corpore suo sensit. An non iure Deum mirabilem in sanctis suis depraedificabimus, qui occulto iudicio suo haec beneficia nobis videntibus et quasi palpantibus praestare dignatur? Nos videlicet ad maiorem sanctorum suorum venerationem provocant, qui phialas aureas plenas odoramentorum quotidie offerunt super altare aureum, quod est ante thronum Dei, dum vota et desideria nostra ad eorum auxilium implorandum directa cognoscunt, sive illa eadem visione, qua Deum intuentur, videant, quod dictis sanctorum patrum conformius est, sive particularibus revelationibus sibi a Deo factis cognoscant, quod non nulli censent. Certe S. Bernardus sic ait: Creatura coeli illa est, praesto habens, per quod potius ista intueatur, videt verbum, et in verbo facta per verbum nec opus habet ex his, quae facta sunt factoris notitiam mendicare. Neque enim ut vel ipsa noverit ad ipsa descendit, quae ibi illa videt ubi longe meliora sunt quam in se ipsis et S. Gregorius, quia illic, inquit, omnes communi claritate Deum conspiciunt, quid est quod ibi nesciant, ubi scientem omnia sciunt? Cognoscentes igitur sancti orationes nostras sive quas sola mente facimus, sive etiam quas ore proferimus, intercessione sua a nobis mala auferunt, bona conquirunt et specialiter quae ab eis postulamus, si expediat obtinere non desinunt, ut nefas sit non honorare eos, qui tam magna bona nobis orando et postulando obtinere efficaciter possunt. Haec autem eorum postulatio in Domini voluntate et in ipsorum sanctorum pietate fundatur. Dominus enim, ut eos honore efficiat, et nos cum illis amore devinciat, vult per eos tanquam per inventores seu mediatores nobis bona largiri. Ipsi vero per adeptionem sublimioris status, misericordiae viscera non exuerunt, quin imo pietatis augmentum ut supra dictum [p. 159] compararunt. Quamvis vero primarius miraculorum finis fuerit et sit, fidei plantatio, nullus tamen inficias irerit, multas alias quoque causas subesse, propter quas Deus ea operetur, etiam fida iam fundata, iactisque illius fundamentis. Illa etenim exigunt, uti insinuatam sanctorum cum charitate decus,

tribulationes, infirmitates et angustiae fidelium, quae viscera misericordiae Dei divinamque providentiam erga servos suos patefaciant, innocentium in periculis et poenis constitutiones, varii hominum usus ut late cuivis conspicere licet, in libris Dialogorum S. Gregorii, ubi etiam ob levissimas causas Deus miracula fecisse dignoscitur, veluti in reparatione fractae lampadis, redintegratione capisterii contracti et similium, quae prolixius enumerare non est praesentis propositi.

Hoc unum silentio obvolvare non possum, quod an miraculi speciem habeat lectori iudicium esto. Per id tempus, quo enarrata contigerunt, frater meus germanus Oliverius<sup>28</sup> nomine multis iam retro annis factus est parentibus incognitus et consequenter perditus, ut missis ultro citroque literis, plurimis peractis inquisitionibus, nullis plane mediis ad illorum notitiam pervenire posset, quoniam terrarum loco degeret, dubitarentque, num inter vivos aut mortuos post hae collocandus esset. Anxii ergo praestolabantur aliunde solatium moestitiae suae. Inaudieram ego per occasionem aliquando implorantes patrocinium S. Antonii de Padua nunquam frustrari petitioni suae, si notitiam illius petierint, quod diuturno tempore amissum inveniri non posset, id ipsum per nos pertransiens confirmabat quidam religiosus familiae S. Francisci de Observantia. Itaque meditans solamen genitoribus meis adferre triplici oblato missae sacrificio in honorem praedicti Sancti, invocavi serio opem illius, ut si frater [p. 160] adhuc hac luce frueretur, daret notitiam, sin minus saltem communibus ecclesiae suffragiis animae illius succurri posset. Vix unius mensis circulus elapsus est, cum scriptum ex urbe parenti eum Paternae in Sicilia diem clausisse extremum. Rei eventum, qui audierunt, non modice admirati sunt. Nolui autem idipsum praeterire silentio ad demonstrandum plures et occultas esse causas, cur Deus etiam fide fundata et propagata signa et miracula faciat. Quoniam ut bene psalmista cecinit: Prope est Dominus omnibus invocantibus eum, omnibus invocantibus eum in veritate. Cui laus honor sit et gloria per infinita saeculorum saecula. Amen.

Im Zuge der letzten Wiederherstellungsarbeiten wurden auch mehrere Abtsgräber gefunden, von denen nur zwei mit Sicherheit zu identifizieren waren: das Grab des Abtes Petrus IV. an der Nordseite des Vorchores unterhalb der Stufen und das des Abtes Franciscus I. in der ursprünglichen Gruft Eginhards in der Mitte der Vierung. Das westlich davon, jedoch noch unter der Vierung gelegene Grab war bisher nicht zu bestimmen. Es hatte keine Steineinfassung, im Gegensatz zu allen übrigen Abtsgräbern; als Beigaben wurden ein hölzerner Abtstab und ein Lederkelch gefunden. Daß es sich hier unzweifelhaft um das Grab des Abtes Leonard Colchon († 1653) handelt, ergibt sich aus einer Notiz des Probebuches der Abtei Seligenstadt. Auf S. 215 werden die Grabstätten der Äbte seit 1653 erwähnt<sup>29</sup>.

<sup>28</sup> Oliver Colchon, getauft 30. Mai 1595 in der Kirche Notre Dame aux Fonts zu Lüttich (Taufbuch im Stadtarchiv zu Lüttich).

<sup>29</sup> Juxta supradictam marmoream tumbam a cornu evangelii sibi elegit sepulturam Rms. D. Petrus IV. Schultheis 1730. In medio chori Rms. et Perillustris D. Leonardus Colchon abbas et Praeses Congregationis [Bursfeldensis] 1653. Infra ipsum Rms. D. Franciscus I. Hoffmann Coloniensis 1695. In Choro S. Joannis ad ingressum altaris Rms. D. Franciscus [II.] Blöchinger abbas Ss. Theologiae Doctor 1715. In eodem choro ad altare S. Joannis juxta epistolae partem paulo inferius Rms. D. Bonifacius Heller

Leonard Colchon liegt begraben „in medio chori“. Diese Angabe trifft tatsächlich auf dieses Grab westlich von Abt Franciscus I. zu, denn der Chor schloß bis 1872 beim zweiten Langhauspfeiler ab, somit war das Grab wirklich „in medio chori“. Das Profeßbuch sagt vom Grab des Abtes Franciscus I., daß es „infra ipsum“ (= Leonardum Colchon) liegt, also vom Beschauer östlich in der Richtung zum Altar. Wenn ferner einzig das Grab des Abtes Colchon keine Steineinfassung besitzt, so sei erinnert, daß Abt Colchon in Aschaffenburg im Hause seines Bruders plötzlich starb und im Sarg zu Schiff nach Seligenstadt gebracht wurde, während alle übrigen Äbte in Seligenstadt ihr Leben beschlossen. Man trug früher die Toten möglichst bald und zwar ohne Sarg zum Begräbnisort, legte eine Steineinfassung in der Größe des Toten an, in die er gebettet wurde, und schloß das Grab mit einer Steinplatte<sup>30</sup>. Für Abt Colchon, der bereits eingesargt war, bedurfte es daher keiner Grabanlage mit einer Steineinfassung und Steinplatte. In dieses wiedergefundene Grab des Abtes Leonard Colchon legte man alle Gebeine, auf die man bei den Ausgrabungen stieß. Die Stelle soll eine Platte mit entsprechender Inschrift erhalten.

Am 24. April 1939 wurden im Sarkophag Einhards, der aus dem Jahre 1722 stammt, zwei kleine schwarze Tuchsäckchen mit den Gebeinen Einhards gefunden. Zum letzten Male wurde der Sarg 1872 geöffnet. Nach dem damaligen Bericht weisen die Gebeine nach ärztlichem Gutachten auf eine männliche Figur von kleinem Wuchs; der Schädel war klein, die Stirn niedrig. Die Beschreibung, die Einhard gelegentlich von sich selbst gegeben hat, stimmt genau damit überein.

abbas 1738. Juxta altare S. P. Benedicti a cornu epistolae Rms. D. Hyacinthus Buchener abbas 1753. Rms. Leonardus Walz 1666, Rms. D. Nicolaus Petermann 1676 ambo in choro B. M. V. Rms. D. Bonifacius II. [Merget 1792] ante altare S. Crucis. Rms. D. Marcellinus II. [Molitor 1815] in choro B. M. V. ad latus cum epithaphio ad parietem.

<sup>30</sup> Diese Art der Bestattung fand sich auch bei den Restaurierungsarbeiten des Pardieses in Maria Laach, wo man auf das Grab des Mönches Johannes von Andernach († 1503), des Verfassers der Genovefalegende, stieß, der sein Grab fand „in dem kleinen Umgang, Paradies genannt, nicht weit vom Eingang der Kirche“. (Studien u. Mitteil. 56 [1938], 159).